munitas saluas integras omniq suspicionis nota carentes quas ut authoritate nostra Regia approbaremus et confirmare dignaremur supplicatum est nobis Earum vero tenor talis erat. Petrus Myskowsky de Mirow etc Nos itaq supplicationi praefatae annuentes literas eiusmodi quatenus iuri communi contrariae non sint in omnibus punctis et clausulis articulisq approbandas et confirmandas esse existimavimus approbamusq et confirmamus per praesentes Atq in eius rei fidem et testimonium praesentes manu nostra subscripsimus et sigillo Regni muniri iussimus.

Moratoriae Literae

Sigismundus etc Significamus etc

Quod cum nobis certo constaret Famatum Petrum Gluskowicz Armenum civem et Negociatorem Leopolien multas merces et peccunias partim suas proprias partim in mutuum ab alijs creditoribus acceptas in Terras et Ditiones imperatoris Turcarum victus quaerendi gratia misisse, intereaq accidisse, ut idem Turcarum imperator bellum contra Regnum nostrum pararet, et propterea illae merces peccuniae et Famuli praedicti Gluskowicz per multum tempus detinerentur mercatoribus nostris interim insignes usuras illic solventibus. Cum vero propter eum casum idem quoq Petrus Gluskowicz creditoribus suis solvendo esse non posset ad nosq in hoc fortunae suae naufragio supplex confugeret faciendum esse existimavimus, ut rebus afflictis ipsi subveniremus Ideo memoratum Petrum Gluskowicz in patrocinium et protectionem nostram Regiam suscepimus suscipimusq per praesentes eidemq praesentes literas nostras moratorias damus et concedimus atq illum ab impetitione et molestatione quorumvis creditorum ~~ra-~~ tione quorumcunq debitorum per eum contractorum ad decursum unius anni a data praesentium computandi liberum esse volumus Itaq literis hisce nostris suorum ubiq in Regno et dominijs nostris conversari negotiaq sua licita et honesta agere poterit neq ante decursum unius anni bienny cuiquam debiti nomine respondere tenebitur persona rebusq ipsius per omnia salvis Volumus tamen ut praesens nostra concessio eidem Petro Gluskowicz non nisi adversus homines conditionis civilis non autem contra Nobiles serviat Ille interea bona sua in damnum creditorum non dilapidet. Quod ad omnium quorum interest notitiam deducimus simulq Mandamus ut literas et concessionem nostram praesentem in omnibus observent, ab alijsq observari curent In cuius rei fidem etc

Mandatum ad Cives Praemislienses

Sigismundus etc

Famatis Advocato et Scabinis civitatis nostrae Praemisliensis

367